

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Meritum h
cum fonte primo

Domine,
multi uolunt tecum

corregnare sed non compati.

Volunt inuenire et
non querere, uolunt
consequi et non sequi.

Bernardus in sermone.

Et propterea
uolunt omnes te
frui, at non ita et imitari:
conregnare cupiunt, sed non compati.
Ex his erat ille, qui dicebat: MORIATUR
ANIMA MEA MORTE IUSTORUM, ET FIANTE
NOVISSIMA MEA HORUM SIMILIA.
Optabat sibi extrema iustorum, sed non
ita et principia. Mortem spiritualium
optant sibi etiam carnales, quorum tamen
vitam abhorrent, scientes pretiosam esse
mortem sanctorum: quoniam CUM
DEDERIT DILECTIS SUIS SOMNUM, ECCE
HEREDITAS DOMINI, et quia BEATI
MORTUI QUI IN DOMINO MORIUNTUR,
cum e contrario, iuxta Prophetae
sententiam, MORS PECCATORUM PESSIMA
sit.
Non curant quaerere, quem tamen
desiderant inuenire, cupientes
consequi, sed non sequi.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones
super Cantica canticorum*, 21, 2 (SBO 1,
J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais
eds., p.123, ll.8-17).